



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Flores Meditationvm

Bebius, Philippus

Coloniae Agripp., 1623

Medit. 5. De Pastoribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59636)

5. Filius Dei veniens in hunc mundum elegit in natiuitate sua pauperem domum, pauperem lectum, pauperem matrem, res omnes pauperes. Si Iesus est Sapiencia aterna, de qua dicit Propheta, quod sciuerit reprobare malum, & eligere bonum, certum est, non esse vera bona, quæ homines huius sæculi bona existimant, vt opes, honores, delicias &c. Sed quæ elegit Christus, vt paupertatem, humilitatem, & malorum tolerantiam.

Esa. 7.

6. Deus veniens in hunc mundum, non inuenit locum pro se, & ideo opus habuit, cum tanta sua molestia nasci in stabulo. Quare homines qui in hoc mundo volunt frui omnibus commodis, magnam habent dubitandi causam, qua parte fruituri sint in altero. Contra, gaudere debent pauperes, & omnes humanis auxilijs destituti, nam tanto in coelo apparebunt gloriosiores cum Christo, quanto in terra fuerint illi similiores.



MEDITATIO V.
DE PASTORIBVS.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. *Pastoribus reuelatur per Angelos Christi natiuitas*: Euangelizo vobis *Luc. 2.*
gaudium magnum &c. *Qui & cecinerunt*: GLORIA in excelsis.
- II. *Pastores in Bethlehem properantes*:
Inuenerunt Mariam, & Ioseph,
& puerum &c.

III. *Re-*

III. *Reuersi sunt glorificantes Deum in omnibus quæ audierant, & viderant.*

PROPHETIÆ.

Esa. 9. 1. Populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam.

Psal. III. 2. Exortum est in tenebris lumen rectis corde.

Isa. 29. 3. Et addent mites in domino latitiam, & pauperes homines in sancto Israel exultabunt.

DOCUMENTA.

1. **C**hristus mysterium natiuitatis suæ patefecit Pastoribus mittens eis Angelū, & cœlesti eos splendore illustrans. Deus voluntatem suam doctrinamque celestem imprimis communicat Pastoribus, & Ecclesiæ præsidibus, eosq; ampliori lumine donat, & studiosius eis adfuit ad dirigendos ipsos & alios. Et ideo subditi non suo arbitrio, sed eorum nutu, & iudicio regendos se tradere debent, quos DEVS eis dedit Pastores: sciētes quō longius ab eorum obedientia recesserint, hoc longius quoq; à salutis via, ipsoque DEO recessuros.

2. Christus natus, summus Pastor se manifestauit Pastoribus vigilantibus super gregē vt iudicaret, cuiusmodi vellet esse suæ Ecclesiæ Pastores, humiles videlicet & vigilantes.

3. Pastores vigilias agebant noctis, ne grex inuaderetur à feris id temporis maxime in prædam effusus: sic Pastores animarum, etsi

quouis

quouis tēpore vigilias agere debeant , studio-
sius tamen per noctis tenebras, hoc est, quan-
do subditis aliqua desolatio, tentatio, vel sa-
lutis discrimen impendet, ne à lupo infernali
deuorentur.

4. Pastores dixerunt. *Transseamus in
Bethlehem, & videamus verbum quod fa-
ctum est.* Et nos exemplo Pastorum horum
studeamus transire à vitis ad virtutes, & de
virtute in virtutem proficere, vt in illa cœle-
sti Bethlehem, ciuitate panis, de quo scriptum
est, *Beatus qui manducauerit panem in re-* Luc. 20.
gno cœlorum, mereamur intueri verbum
incarnatum, non iam in præsepio plorans, sed
in sinu Patris in æternum regnans.

5. *Et inuenerunt infantem positum in præ-
sepio.* Illi inueniunt Christum, qui velut
hi Pastores sunt similes ipsi, id est, qui suæ in-
fantia simplicitatem, fasciarum paupertatem,
& Præsepj vilitatem imitantur.

6. Pastoribus vigilantibus apparuit Ange-
lus, eosque diuina lux circumfulsit, vt signifi-
cicaretur, illos dignos esse mysteriorum diui-
norum notitia, & illustratione mentis qui
cum sollicitudine aduigilant gregi fidelis po-
puli sibi commisso; Vnde quamdiu, magna
pietate & studio salutis eius procurandæ dant
operam, abundantique quoque diuinæ gratiæ luce
Dominus eos co. Infrat.

7. Angelus signum dedit Pastoribus, quod
inuenirent infantulum pannis inuolutum, &
positum in præsepio: vt notemus qua condi-
tiones eorum sint, à quibus Christus se finit
inueniri. Prima, vt sint simplices & puri, signi-
ficati per eius infantiam. Secunda, vt pauperes,
quod significatur per pannos viles, quibus est
obuo-

obuolutus. Tertia, vt humiles & contempti, quod significatum est per Præfape, in quo ipse decumbebat.



MEDITATIO VI. DE CIRCVMCISIONE.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- Luc. 2.* I. *Circuncisus est puer.*
 II. *Vocatum est nomen eius IESVS.*
 III. *Quod vocatum est ab Angelo, priusquam conciperetur.*

FIGVRÆ.

- Gen. 25.* 1. **I**SAAC filius Abrahæ vnigenitus circuncisus fuit octauo die post suam natiuitatem.
Gen. 41. 2. **I**OSEPH Patriarchæ impositum est nomen à rege Pharaone, nam lingua Ægyptiaca eum vocauit, Saluatorē mundi.

PROPHETIÆ.

- Esa. 30.* 1. **E**Ccè nomen Domini venit de longinquo.
Isa. 62. 2. *Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit.*
Esa. 8. 3. *Voca nomen eius, Accelera, Spolia detrahe, Festina pradari.*

4. *Ego*